ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Klosterneuburg, 1384 Seite 119v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Servitus duplex

tiam et sobriate eam etc. Perseverantibus vero diebus
turbationis et persecutionis ingerunt orationes. augentur
vigilie. multiplicantur ieiunia. aperitur cor ad
penitentiam. os ad confessionem. manus ad elemosinam.
fiunt preces et suffragia cumulantur ad meritum
bona opera. Sed tercio attendere consummatio et adeptio
finis. Perseverancie nomen namque importat
duracionem usque ad finis consummacionem et adeptionem.
Perseverabunt itaque dies vicissitudinis per tempora
turbacionis et quietis et augmenti et diminucionis
sine interrupcione vel defectione usque ad iudicium
finale. Ps. Non repellet dominus plebem suam quo
ad usque iusticia convertatur ad iudicium etc. Quoniam
omnia serviunt tibi etc. Contra vero quod dicitur ad hebreos ii.
Nondum videmus omnia ei subiecta etc. Sed hec sol
vitur in glossa idem quia servitus est alia necessitas alia
voluntatis. Necessitate ergo omnia serviunt ei quia sicut
dicitur ecclesiastici xliii. Omnia vivunt et obediunt ei et hec
tam voluntas quam voluntas tam illa que movetur
a natura quam illa que movetur a voluntate quia sicut dicitur
ecclesiastici viii. Sermo illius potestate plenus est unde dicit
Augustinus in libro de correpcione et gratia quod deus in mentibus
hominum occulte operatur secundum sue disposicionis
beneplacitum quecumque vult fieri vel permittit ut fiant
et ponit exemplum de sennatherib et assyrio
quorum corda ipsis nescientibus convertit in odium
vel amorem. Ps. Convertit cor eorum ut odirent
populum eius etc. Item hester xv. Et convertit dominus cor regis
in mansuetudinem etc. Unde in demones et mali homi
nes probando et exercendo bonos serviunt voluntate
dei licet nec scientes nec intendentes serviunt. perse
cuntur enim mali bonos animo ledendi proficiendi
Unde de rege assyriorum quem dominus in prophetia semper vo
cat servum suum dicitur ysaie x. Ipse vero non sic estima
bit sed ad contendendum erit cor eius etc. Operatur
enim deus bona et per malas voluntates sicut christi

passionem et mortem salutem pariter tradicionem et avariciam
et iudeorum invidiam et pylati maliciam. Omnia
ergo serviunt deo sed naturalia per legem inditam. Prov. viii.
Certa lege et gyro vallabit abyssos. Ps. Precep
tum posuit et non preteribit. Sed rationalia quedam volunta
te preventa per gratiam ut boni et electi ad Rom. vi. Liberati
a peccato servi facti estis iusticie. Quedam vero necessitate
inducta per providenciam ut mali et reprobi quorum mala
sanctis cooperantur in bonum. Ro. viii. Diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum sicut reprobis coo
perantur sibi ipsis et aliis in vindictam malorum. Sap.
xvi. Creatura tibi serviens excandescit in tormentum
adversus malos. Ps. Ignis grando nix glacies
spiritus procellarum que faciunt verbum eius. Sap. xvii.
pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos etc.
Reprobi autem et mali intelliguntur servire deo non volunta
te vel non intencione serviendi sed necessitate non cogente
motum liberi arbitrii sed consequente ordinem universi
sicut dicit Jo. super i. Mt. xviii. Necesse est ut veniant
scandala etc. Iste enim ordo consequitur in universo secundum
legem divine providencie que mala in mundo non permittit
fluctuare sed coercet sub ordine et utitur malis
in bonum et ad bonum et sicut dicit Augustinus in libro de
summo bono. Que extendunt ab ordine nature
et iusticie coercet sub ordine pene que mundet culpe

Nisi quod lex tua meditatio mea est etc.
Proposita et considerata verba dei eterna perma
nencia in celo sancte ecclesie vel fidelis anime ad dandam
perseverancia spei iustorum in tribulacionibus vie huius
vite. Considerata eius cum lege et ad lege veritate et fide
promissionis divine quod sive tota ecclesia secundum tempus
totale vel singuli electorum per membra ecclesie non de
linquuntur usque in finem sue perseverancie per quam
percipiant bravium salutis eterne. Nunc subiungit
utilitatem quam consecutus est circa suam perseverancia
ex predicta et predictorum consideracione dicens. Nisi quod